Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



88

deruina sua afflictam respicit securitatis pestifere blan
diciis seducit. qd figurate exprimit cum factu dine inge
neseos memorat. Scriptu quippe e. egressa e dina ut
uideret mulieres regionis illius. qua cum uidisset sichem
filius emor, euer princeps terre illius adamauit, & rapuit & dormiuit
cum illa ui obprimens uirgine. & conglutinata e anima
eius cum ea. tristemq; blandiciis deliniuit. Dina quippe
ut mulieres uideat extranee regionis egredit. quando
una quoq; mens sua studia neglegens actiones alienas
curans extra habitu atq; extra ordinem propriu uagatur:
Quam sichem princeps terre opprimit. quia uidelicet inuenta
in curis exterioribus diabolus corrumpit. Et adglutinata
e anima eius cum ea. quia unita sibi p iniquitate respi
cit. & quia cum mens a culpa resipiscit afflig atq; tur: admissu
flere conatur: Corruptor aut spes ac securitates uacuis
ante oculos uocat. quatenus uilitate tristicie subtra
hat. recte illic adiungit. Tristemq; blandiciis delin
uit. Modo enim aliorum facta grauiora. Modo nil ee quod
peccatum e. Modo misericordem dm loquit. Modo
adhuc tempus subsequens ad penitentia pollicetur:
ut dum peccata decepta mens ducit. ab intentione pen
itentie suspendat. quatenus tunc bona nulla peciat.
qua nunc mala nulla contristant. & tunc plenius ob
uiatur supplicii que nunc ea gaudet in delictis.